

versus Heroicus Hexameter; secundus, verò Archilochius Hexameter Hypercatalectus, constans 4. Jambis, 2. Dactylis, & unâ syllabâ. Talis est Od. 10. Epod.

Horrida | tēmpes | tās | cœ | lum | cōn | traxit | & | imbrēs |

Nivēs | que | dē | dūcūt | jovēm | nūc | mare | nūc | silu | a

Quidam hanc Oden faciunt Tricolon Tristrophon; & secundum versum in duos secant: quorum primus est Jambicus Dimeter.

Nivēs | que | dē | dūcūt | jovēm |

Alter est Dactylicus Archilochius, de quo dictum in duodecimo genere.

Nūc | mare | nūc | silu | a

Huic affine est generi aliud, in quo Dactylicus Archilochius præponitur Jambico Dimetro: & in primo loco, præ Heroico Hexametro, ponitur Jambicus Trimeter.

Pētrī | nihil | mē | sō | ut | an | teā | juvāt |

Scribere | versicu | lōs |

Amō | re | pēr | cūlsum | gravi |

In quo genere, quidam duos illos versus in unum cōstant, hoc modo.

Scribere | versicu | lōs | amō | re | pēr | cūlsum | gravi |

XV. Ode Dicolos Distrophos: cujus primus quisque versus est Heroicus: secundus vero Jambicus. Talis est Od. 11. lib. Epod.

altera | iam | teri | tior | lēl | lōs | cī | vilibus | atas |

ebū | suis | & | p | sa | Rō | ma | vī | ribus | ruit |


Ultimum genus est carum, in quibus sunt omnes versus Jambici Trimetri. Talis est Od. 17. lib. Epod. *Jam jam effici, &c.*

Alia duobus versibus in unum cōstant, hoc modo.

Alia duobus versibus in unum cōstant, hoc modo.

Alia duobus versibus in unum cōstant, hoc modo.

Q. HO.



Q. HORATII FLACCI ODARUM

LIBER PRIMVS.

ODE I.

Aliis rebus alios delectari: se poësim, ac maxime lyricam, adamare.

versus in Archilochi: & sedis const.

Mæcenas atavis edite Regibus, vel 3. pediq.
O & præsidium, & dulce decus meum!

Sunt quos curriculo pulverem Olympicum

Ode. Vox hæc est Græca: significat cantilenam quamdam, qualis plerumque ad lyram cani solebat. Vnde Lyrica poësis appellatur.

Atavis, &c. Qui ortum duceis è Regibus, qui Reges Etruscorum numeras in tuis majoribus. Est autem hic ordo prosapia: pater, avus, proavus, atavus, abavus, &c. Mæcenate porrò prognatum è Regib. fuisse, docet etiam Propertius l. 3. *Mæcenas Eques Etrusco de sanguine Regum.* Neque apparet quare vox Regis hoc in loco proprie accipienda non sit.

Sunt quos, &c. Reperias quos-

dam, quos delectat, excitare pulverem Olympicum curru, hoc est, qui aliâ re nullâ magis oblectatur, quam certaminibus Olympicis, in quibus per campum pulverulentum curru agitantur. Est autè Olympia Græciæ civitas, quam Pisam quoq; vocatam fuisse, aliqui tradunt. In vicinis huic urbi capis, prope Alpheum fluvium, certamina cuiuslibet incredibili totius Græciæ concursu celebrabatur, quinto quoq; anno incunte, seu post annos quatuor exactos.

Curriculo. Curriculum accipe, vel pro exiguo curru, & veloci; vel pro ipso spatio;

A

in

Q. ORATII FLACCI

Collegisse iuvat, metaque feroidis
 Euitata rotis, palmaque nobilis
 Terrarum dominos euehit ad Deos.
 Hunc, si mobilium turba Quiritium
 Cerrat tergiminis tollere honoribus;

in quo currus incitatur.

Metaque, &c. Felicissimi prædicantur ab hominibus, & Diis terræ dominis simillimi putantur, qui rotis summa velocitate incitatis portuerunt ita circumflectere metam, ut ad eam non impingerent, alliderentque currum; & palmam nobilem ita retulerunt.

Euitata, &c. In extremo stadio, siue loco, ubi currus agitabantur, erant quædam metæ, seu lapideæ columellæ in acumen desinentes, ad quas cum aurigæ venissent, debant circa illas currum flectere, & in eundem, unde currere cœperant, locum reverti.

Rotæ feroidis. Rotæ præ celebritate sæpe ignem concipiunt.

Euehit, &c. Dicuntur ad Deos euehi, Cælo tangere, in Cælo esse, quibus aliquid bene, ac feliciter evenit, qui honorẽ eximium aliquem consequuntur.

Hunc si, &c. Si unus quispiam à populo Romano, qui levis est, ac parum in suo favore constans, maximis honoribus certatum ornatur, & supra cæteros

cives attollitur: si alius aliquis frumenta totius pœnæ Africæ in suis ipsius horreis condidit, dum ibi relictos à patre agros colere gaudet: neutrum illorum unquam ab initio vitæ genere, nimirum ab honoribus ambiendis, ab colendis agris, dimovere poteris, eisque persuadere, ut nauticam ariem plenã periculi, & pavoris exercent, ac navi se committant in mari Myrtoo; quamvis hanc illis conditionem offeras, ut opes Attalicis similes possideat; quãvis opes Regis Attali ipfis promittas.

Quiritium. Romani dicti sunt Quirites à Curibus, primaria urbe Sabinorum, Sabinis in partem regni, & Urbis vocatis. Livius lib. i.

Tergeminus. Tergeminus idẽ est ac triplex: ita Geryon, cui tria dicuntur fuisse corpora, tergeminus à Virgil. vocatur. Triplices autem honores, vel sunt honores maximi (numerus enim ternarius perfectionẽ rei alicujus sæpe significat) vel ter repetiti, vel tres maxime insignes,

ODARVM LIB. I.

Illum, si proprio condidit horreo
 Quicquid de Libycis veritur areis,
 Gaudentem patrios findere sarculo
 Agros, Attalicis conditionibus
 Nunquam dimoveas, ut trabe Cypriã
 Myrtum parvidus nauta secet mare.
 Luctantem Icaris fluctibus Africum
 Mercator metuens, otium, & oppidi
 Laudat rura sui: mox reficit rates
 Quassas, indocilis pauperiem pati.

nes, nempe Adilitas major, Prætura, & Consulatus.

Lybicus. Africa dicta quoque est Lybia: frumenti ferax erat. Area est locus, ubi teritur, & veritur frumetũ. Est autẽ hyperbole, cũ ille agricola dicitur quicquid est in Africa frumeti suis unius horreis cõdere.

Gaudentem. Refer hoc participium ad, illum si, &c. hoc sensu; illum, id est, aliquem alium gaudentem vitã rusticã, numquam dimoveas, &c.

Sarculo. Sarculum est rusticum instrumentum, genus rastri, quo segetes novellæ purgantur, atque herbæ inutiles scalpendo eliduntur.

Attalicis. Attalus fuit Rex Pergami in Asia, ditissimus, ita ut ejus opes in proverbium abiérint.

Trabe Cypriã. Navi è trabibus in insula Cypro sectis factã.

Myrtum. Est pars Ægæi

maris: nomen ei factum, vel à Myrtoo, Oenomani Regis Arcadiæ aurigã, quem ille in hoc mare præcipitem dejecit, vel à muliere quadam Myrtone.

Luctantem, &c. At Mercator, qui timet ventum Africum cum fluctibus Icaris maris veluti certastem, eosque huc illic impellentem, laudat ille quidem rusticam vitam, & urbanam, ut otiosam, ac tutam: idem tamen, quia paupertatem pati non potest, naves naufragio laceratas reficit, refarcitque, ut iterum se maris committat: adeo abstinere à mercatura nequit.

Icaris. Mare Icarium est pars Ægæi: in quam Icarus Dædali filius, solutus à Sole pennis, decidisse fertur.

Africum. Vehementior est, ac procellosus ventus flans ab Africa, & occasu hyberno.

Indocilis pati. Græca est phra-

Est qui nec veteris pocula Mafsiici,
Nec partem solido demere de die
Spernit, nunc viridi membra sub arbuto
Stratus, nunc ad aqua leni caput sacra.
Multos castra juvant, & lituo tuba
Permissus sonitus, bellaque matribus
Detestata. Manet sub jove frigido
Venator, tenera conjugis immemor;
Seu visa est caculis cerua fidelibus,

phrasibus: qui nullis periculis, ac
temporibus doceri potest ut
patiat paupertatem, & careat
lucro, quod navigatione,
licet periculosa, colligit.

Est qui, &c. Alius genio, &
voluptatibus indulget, nec
spernit, hoc est, libenter potat
vini generosum, quale Mafsi-
cum est: neque spernit, hoc est
non recusat, partem aliquam
de solido, id est, integro die
resecare, quam scilicet epulis
tribuat, nunc humi stratus sub
aliqua viridi arbutula, nunc
ad fontem sacrum leni mur-
mure aquas fundentem.

Mafsiici. Mafsicus mons est
in Campania Itala, ubi vites
optima.

Solido, &c. Non particulam
tantum diei carperet, ut ceteri;
nam Romani cibum feret
non fumebant nisi sub vespera;
sed bonam partem de solido,
& medio die carperet, & diem
frangere integrum quasi duas

in partes, ita ut una detur ne-
gotiis, altera compotationi.

Membra stratus. Phrasibus Grae-
ca: habens membra strata.

Arbuto. Arbutus est quaedam
arbutula, citro similis.

Caput. Aquae caput, & origo,
est ipse fons: sacri autem erant
fontes apud antiquos; & nunc
aliquod iis inesse putabatur.

Multos, &c. Multis bellum
placet.

Lituo. Lituus est buccina
longior, & incurva, sonum
acutorem edens.

Detestata. Ea vox patiendi
significatione hic habet. Ma-
tres autem bella execrantur,
quia orbantur filijs.

Sub jove. Sub aere frigido,
sub dio. Jupiter apud poetas
sumitur pro Caelo, aere, &
vento.

Seu visa, &c. Sive canes fide-
les viderint cervam; seu aper
in plagas, & retia incidit, &
quibus rupis se extricaverit.

Te-

Seu rupit teretes Marsus aper plagas.
Me doctarum hederæ pramia frontium
Dis miscet Superis: me gelidum nemus,
Nympharumque leves cum Satyris chori,
Secernunt populo; si neque tibias
Euterpe cohibet, nec Polyhymnia
Lesboum refugit tendere barbiton.
Quod si me lyricis vatis inseres,
Sublimi feriam sidera vertice.

Teretes. Retia sunt e funicu-
lis rotundis.

Marsus. Marti populi sunt Ita-
licae: Marsus aper ponitur pro
quolibet apro; forte quia in ea
regione frequentiores erant.

Me, &c. Ego mihi videor
esse ipsis Superis aequalis, hoc
est, beatissimus, si possum ha-
bere frontem hederam redimi-
tam; quod primum est do-
ctorum Poetarum. Hederam au-
tem coronabantur poetae: quia
erant in tutela Bacchi, cui sa-
era hederam.

Satyri. Satyri, sunt agrestes
Di, caprinis pedibus, protervi
ac saltationi, chorisque dediti.
Chorus autem est canentium,
& saltantium multitudo.

Secernunt. Separant a plebe;
supra vulgus profanum me at-
tollunt; reliquis hominibus
praestantiorum faciunt, & ex-
cellentiorum.

Si neque, &c. siquidem Eu-
terpe libenter patitur me ti-

biis, quarum est investrix, uti;
modo eas mihi non prohibeat:
modo Polyhymnia (una etiam
est Musis, odarum, & hymnorum
auctor) non vetet, me barbiti
fila contendere, eaque pulsare:
id est, si mihi faveant Musae.

Euterpe. Musa novem vulgo
recensentur: Calliope, Clio,
Erato, Thalia, Melpomene,
Terpsichore, Euterpe, Poly-
hymnia, & Vrania.

Lesboum. Lesbos est insula
maris Aegaei, ex qua oriundi
Alceus & Sapho, insignes ly-
rico carmine. Est autem bar-
bytos, seu barbitus, lyrae quod-
dam genus.

Inseras. Ad numeres, ascribas.

Sublimi, &c. Ero similis Su-
peris; beatissimum esse me
arbitror. Porro constat, istam
oden scriptam non fuisse, nisi
post alias multas, quibus id iam
erat assecutus Horatius, ut in-
ter lyricos vates numerari
jure posset: Fuit autem posita

A3

pris

6.
 primo omnium loco: quia de qua suos carminum libros
 dicatio quadam videtur esse, Meccenati offert.

Diolar ODE II. *tetrastrophos*

Clades, quibus Romanos vexarunt Superi ob necem Caesaris:

Octavius unus est, qui jacentem Remperigere possit.

Uersu 3^o prima saphira d. u. adonice.

5. pedib. constat. **J** Am satis terrens nivis, atque dira,
 Grandinis misit Pater, & rubente,
 Dextera sacras jaculatus arces,
 Terruit Urbem. *duoq. pedib. constat.*

Terruit gentes, grave ne redires
 Saculum Pyrrha, nova monstra quæstæ,
 Omne cum Proteus pecus egit altis
 Visere montes:

Piscium & summâ genus habet ulmos;
 Nota qua sedes fuerat columbis:
 Et superjecto pavida natarunt
 Equore dama.

Pater. Jupiter, hominû, Deû-
 que Pater à Potētis vocatus.

Rubente dextera. Rubentibus fulminibus armata.

Sacras arces. Tempa, sacra-
 rum adium culmina.

Jaculatus. Conjecto fulmi-
 ne demolitus.

Terruit gentes, &c. Fecit ut
 gentes timerent, ne rediret dilu-
 vium, quo tempore Pyrrha,
 Deucalionis uxor, conquesta
 est de prodigiis, & monstribus
 antea inauditis, quæ tum con-
 tingebant, v.g. quod pisces in
 montibus, & summis arbori-
 bus degerent, &c.

Proteus. Marinus Deus Ne-
 ptuni filius, qui belluas mari-
 nas, quas Phocas Poëta vocat,
 pascit.

Egit visere, &c. Græca locu-
 cutio: id est, duxit ad visendos
 montes.

Nota, &c. Qua in sede,
 quibus in ulmis norant, so-
 lebant prius columbæ con-
 fidere. Videtur autem lo-
 qui de columbis sylvestribus,
 quas vulgò palumbes vocamus.

Superjecto. Super terras ef-
 fuso; vel, ipsis nataribus super
 injecto.

Vidimus flavum Tiberim, retortis
 Littore Etrusco violenter undis,
 Ire dejectum monumenta Regis,
 Templaque Vesta:

Ilia dum se nimium querenti,
 Factat ultorem, vagus & sinistra
 Labitur ripa, Jove non probante,
 Uxorius amnis.

Audiet, cives acuisse ferrum,

Flavum. Propter arenas
 turbidas, quas volvebat.

Retortis, &c. Undas suas re-
 torquentem ab Etrusco litto-
 re, seu mari Tyrreno, in quod
 defluebat, & eas retrò in suum
 fontem, Romam versùs, ad-
 verso flumine referentem, ut
 Romam deiceret, auctus &
 intumescens undis tum re-
 fluentibus. Roma quatuor ad-
 modum leucis distat ab Tyr-
 rheni litore.

Ire dejectum. Dejectum, est,
 hic in supino, ut, *ire lusum.*

Monumenta Regis. Sepul-
 chru Numæ Pompilii, Roma-
 norum Regis secundi. Acron
 exponit, domum, in qua olim
 Numæ Pompilius habitabat,
 quæ Regia vocabatur.

Vesta. Vesta Dea igni præsi-
 debat; perpetuus in ejus tem-
 plo servabatur, & alebatur à
 Vestalibus Virginibus.

Ilia. Romuli mater, eadem
 Rheæ quoque, & Sylvia nun-

cupata, Tiberis uxor fuisse di-
 citur, quia in Tiberi, Amulii
 jussu submersa est: alii proje-
 ctam in Anienem volunt. Ab
 ea Julius Cæsar duxit origi-
 nem, unus scilicet è Romali
 nepotibus. Hanc igitur fingit
 Horatius graviter questâ esse
 de Cæsaris nece apud Tiberim
 suum maritum, qui illi pro-
 miserat, se ipsius ultorem fore,
 Urbemque destructurum.

Vagus. Errans extra alveum.
Sinistra. Exituali, perniciosâ,
 propter undas extra ripa effu-
 sas. Adde quòd Roma Tiberi
 currenti erat ad sinistra, adeòq;
 ab ea parte plus damni fecit.

Non probante. Volente Ro-
 mam plecti, non perire, & sce-
 lus hoc ab Augusto tandem
 expiari: vel, non probante,
 templa everti.

Uxorius. Vxori nimium
 oblequens.

Audiet, &c. Juventus olim
 nascitura, & rarior propter
 bella

Q. HORATII FLACCI

Quo graves Persa melius perirent,
Audiet pognas, vitio parentum
Rara juventus.

Quem vocet Divum populus ruentis
Imperi rebus? prece qua fatigent
Virgines sancta minus audientem
Carmina Vestam?

Cui dabit partes scelus expiandi
Jupiter? tandem venias precamur,
Nube candentes humeros amictus
Angur Apollo:

bella civilia patrū scelere lul-
cepta, in quibus multi viri pe-
rietat, audiet Romanos acuis-
se, & in se convertisse arma,
quæ melius ab iis in Persas
fuissent versa. Bellum civile
describit, quasi præcipuam por-
nam, quæ ob Cæsare interfe-
ctum divinitus imposta fuerit;
& ingeniosè Octavio adulatur,
qui Cæsaris nepos, & hæres.

Graves. Bellicosi, infensū Ro-
manis, quos ante annos pau-
cos, Crasso cæso, deleverant,
ann. V. C. 701. Porrò Persas
pro Parthis ponit, qui Persarū
vetus regnū tunc obtinebant.

Quem, &c. Quem è Superis
populus implorabit, ad fulciē-
dam Rempublicā ruentem?

Minus Audientem. Quia do-
lebat Julium Cæsarem, suum
sacerdotē, indignā peremptum
noce, Cæsarem Vestæ sacerdo-
tē fuisse, auctor est Ov. 3. Fast.

Cui dabit, &c. Cuiam Ju-
piter dabit munus, & Provin-
ciam expiandi scelus à Roma-
nis susceptum in Cæsaris necē?
Expiare autem scelus, est dele-
re illud, ac purgare: porrò ex-
piavit necem Cæsaris Octa-
vius, interfectis ejus percusso-
ribus, &c.

Candentes, &c. Nube tectos
habens humeros candidos.
Locutio Græca; ut, pulcher vul-
tum, id est, secundum vultum.
Deos porrò aliqua nube obvo-
lutos poëtæ solent exhibere,
cū in terras labuntur.

Angur. Qui auguriis, & di-
vinationibus præfides. Augu-
res propriè ex avium cantu,
interdum etiam è passu, & vo-
latu futura prædicebant, ac
voluntatem Deorum scruta-
bantur. Apollinem primo lo-
co implorat; quia Æneæ, ac
Trojanis, eorumq; nepotibus

ODARVM LIB. I.

Sive tu mavis Erycina ridens,
Quam Jocus circumvolat, & Cupido;
Sive neglectum genus, & nepotes
Respicis auctor,

Heu nimis longo satiata ludo;
Quem juvat clamor, galeaque laeves,
Acer, & Mauri peditis cruentum
Vultus in hostem.

Sive mutata juvenem figurâ,
Ales in terris imitatis alma

Romanis, amicioferebatur.
Huc adde, quòd Augustus A-
pollinis filius esse jactabatur,
Suet. c. 94. Oct.

Erycina. Venus, sic dicta ab
Ericæ monte Sicilia, ubi præ-
cipuè colebatur. Eam invocat,
ut matrem Æneæ, à quo Ju-
liorum familia.

Sive neglectum, &c. Seu tu, ò
Mars, auctor, & parens Roma-
norum, quia pater es Romuli,
unde illi orti sunt, respicis, &
curas gentem tuam, quam vi-
dèris neglexisse, quippe qui
tam diuturno bello civili eam
vexasti, ut cruento isto ludo
possis esse jam satiatas.

Quem juvat, &c. Qui dele-
ctaris clamoribus bellicis, &c.
Laeves. Politæ, terfæ.

Acer, &c. Et qui gaudes vi-
dere Maurum peditem truci
vultu irruentem in hostem
cruentum. Mauri sunt Africa
populi circa montem Atlan-

tem: eorum regio Mauritania
dicitur, Hispaniæ opposita. De
Mauris autè hoc in loco præ-
cipuè meministi, quorum forti-
tudo in bellis recentibus con-
tra Jugurtham, & Jubam, &c.
perspecta fuerat.

Sive mutata, &c. Sive tu, ò
Mercuri, qui Matæ Filius es,
exutâ Dei figurâ, quam in O-
lympo geris, imitatis in terris
juvenem Octavium, hoc est,
ejus humanam figuram in-
duis, & sub ejus vultu nobis
appares.

Ales. Alatus. Dantur alæ
sive talaria Mercurio, quia
Deorum nuncius est ac inter-
pres. Favebat ille quoque Ro-
manis, ut olim Trojanis, &
idoneus Horatio vilus est qui
Augusti vultum indueret, ob
excellens ingenium ejusdem
Augusti bonis artibus excul-
tum, quarum præses Mercuri-
us est.

*Filius Maja, patiens vocari
Caesaris ultor.*

*Serus in Caelum redeas, diuque
Latus intersis populo Quirini;
Nève te nostris vitis iniquum*

Ocyor aura

*Tollat: hic magnos potius triumphos,
Hic ames dici Pater, atque Princeps;
Nen finas Medos equitare inultos
Te duce, Caesar.*

Patiens. Volens, probans. Dederat operam Octavio, ut lex ferretur de Caesario necesse vindicanda; eamque in se provinciam praecipue susceperat, ab eo videlicet in familiam, & nomen adoptatus.

Redeas. Mercurium alloquitur, quæ est Cælo delapsa sub Augusti apparere vultu fingit ingeniose, & more poetico.

Intersis. Diu verberis in populo Romano. Quirinus nomen est Romuli.

Iniquum. Inimicum, & agre nostra vitia ferentem.

Ocyor aura. Ne citius avoles; ne te repentinus aliquis turbo est terris in Cælum revehat.

Hic magnos, &c. Ama potius hic triumphare, quam in Cælo feriar.

Pater. Augustus postea Senatus Consulto Pater Patriæ

appellatus est. Invitat igitur cum vates ad nomen hoc dulcissimum promerendum.

Inultos. Parthos intelligit, qui, ut diximus, Crassum, & Romanos paucis ante annis magnâ pugna deleverant. Medii autem vocantur, quia hæc regio primum à Medis, deinde à Persis, postremo ab ipsis Parthis occupata fuit.

Equitare. Parthi maxime ex equis pugnabant.

Te duce. Te Remp. administrante. Ex illis facile potest intelligi quo anno scripta fuerit hæc Ode: nimirum pauld post pugnam Philippensem, in qua, cæcis Bruto, & Cassio, rerum summa Octavio spectare videbatur. Consule Indicem II.

odarum.

Dicolas ODE III. *Zephyro*

Opræt Virgilio Athenas naviganti prosperum iter, & vacuum periculis, quibus infesta solet esse navigatio: hinc invenitur in eum, qui nauticam artem invenit.

3 ped = Sic te diva potens Cyprî, = Siconiam
4 ped = Sic fratres Helena, lucida sidera, Arcepiadey
Ventorumque regat Pater,
Obstrictis aliis, præter Iapyga,
Navis: qua tibi creditum

Sic te, &c. Navim, qua Virgilius vehitur, alloquitur. *Sic*, est in hoc loco, utinam; vel, si est particula comparativa, subaudiendū est aliquid illi respondens, v. g. sic te, o navis, servent Superi, & regant, ut ego verè istud, & ex animo opto, vel, ut navem, qua veherer, servari vellem, &c.

Divia potens Cyprî. Venus, Cyprî domina, Cyprus est Insula maris Mediterranei è regione Ciliciæ: in ea maxime Venus colebatur. Nautæ Venerem invocabant; quia cum esset è maris spuma, ut fabulantur Poëtæ, nata, in mare jus quoddam habere credebatur.

Fratres Helena. Castor, & Pollux. Apparent sæpe in locis palustribus, & in mari, quidam ignes erratici, & fatui, quorum alii sursum feruntur, alii deorsum: eos Castorem, & Pollucem appellabant, & crede-

bant, esse nautis salutares, si gemini simul apparerent.

Ventorum Pater. Æolus.

Obstrictis. Includis, & alligatis. Alluavit ad Homeri fabulâ, qui narrat ventos omnes datos esse Vlyssi ab Æolo, includis, & constrictos in uribus, præter Zephyrum, à quo in patriam Vlysses deferretur: cum autem Socii Vlyssis male curiosi utres aperuissent, elapsos repente ventos procellas concitasse, &c.

Iapyga. Iapyx est ventus ex Apulia flans, opportunus navigibus ex Italia in Græciam solventibus. Apulia, vel ejus aliqua pars dicta est olim Iapygia. Hinc Virgilius Garganum, Apuliæ montem, vocat Iapyga, item equum pernicem, quales erant Apuli, lib. II. Æn.

Creditum. Tuz veluti fidei commillum, & quasi apud te depositum.

Debes Virgilium, sinibus Atticis

Reddas incolumem precor,

Et serues anima dimidium mea.

Illi robur, & es triplex

Circa pectus erat, qui fragilem truci

Commisit pelago ratem

Primus, nec timuit precipitem Africum

Decertantem Aquilonibus,

Nec tristes Hyadas, nec rabiem Notis;

Quo non arbiter Adria

Major, tollere, seu ponere vult freta.

Debes. Debes incolumem servare, & restituere, ut debitor pecuniam sibi creditam debet reddere.

Finibus, &c. Virgilius Athenas navigabat, ut ibi Æneidē suā perpoliret; verum hinc reductus in Italiam ab Augusto, qui Romā redibat ex Oriente, paulo post obiit, anno æt. 51.

Dimidium, &c. Ad vim amoris significandā, dicuntur amici unam, & eandem habere animā, quæ in duobus corporibus veluti dimidiata versetur.

Robur. Dura quercus. Habebat ille pectus constatum ē ligno durissimo, aut arēā lorica munitum, id est, erat audacissimus, & fortissimus.

Præcipitem, &c. Africus ventus est procellifolus, flans ab occasu hyberno: Aquilo est vehemens item ventus, flans ab Septentrione: illi duo ventū

oppositi decertant, ac tempestates movent.

Hyadas. Stelle quedam sunt pluviam inferentes: visuntur in Tauri capite. Fabulis proditū est, eas Atlantis fuisse filias, quæ fratris sui Hyantis à leone interfecti necē cum incōsolabiliter flerent, mutatae sunt in stellas, quæ lachrymas etiā, & aquas videntur amare. Succula ab Latinis vocantur ab humore, & succo, seu pluvia.

Noti. Notus est ventus flans à Meridie; Auster etiā dicitur.

Quo non, &c. Quo nullus est potentior arbiter, & dominus Adriæ, seu fluctus, & procellas attollere velit, seu cōponere, & sedare: interdū enim est lenis, & placidus hic vetus. Adria sumitur hic pro toto sinu, & mari Adriatico: interdū significat urbem Italiæ, in faucibus ejusdem sinūs Adriatici.

Quem mortis timuit gradum,

Qui siccis oculis monstra natantia,

Qui vidit mare turgidum, &

Infames scopulos Acroceræunia:

Nequicquam Deus abscidit

Prudens Oceano dissociabili

Terras, si tamen impia

Non tangenda rates irrasiliunt vada.

Audax omnia perpeti

Gens humana ruit per vetitum nefas.

Audax Iapeti genus

Ignem fraude malā gentibus intulit:

Post ignem atheriā domo

Gradum. Genus mortis, quod aliud alio quasi gradatim acerbius, & gravius est; vel, incurtionem, & impetum morris; vel, vicinatarē; morti enim sunt proximi, qui navigant.

Acroceræunia. Sunt scopuli quidam Epiri, ob naufragia, quæ ad eos fiebant, famosi: *Aceros* Græcè significat, altus; *Keramos*, fulmen: altissimi enim scopuli sæpè feriuntur fulmine; hinc illis factum nomen.

Abscidit. Sepparavit: frustra, inquit Horatius, Deus consulto terras à mari separaverat, siquidem homines navibus mare quasi conjungunt terris, ac pervium faciunt.

Dissociabili. Quæ decuit disjungi à terris, & nullam cum iis veluti habere societatem. Sūt qui vō cē hanc velint asti-

vā in hoc loco significatione positam, *dissociabili*, pro dissociante, Oceano separante, & intereludente gentes alias ab aliis. Sic frigus *penetrabile* dicitur, id est, penetrans.

Impia. Quæ contra Dei vetitum faciunt.

Vada. Maria, littora. Vadum propriè locus est, in quo alta non est aqua, quem pedibus facile transmittas; quale est maris littus.

Perpeti omnia. Adire pericula omnia, & perferre.

Nefas. Propriè est id, quod non licet facere, vel quod fieri non potest. Præceps fertur ad omnia scelerata, & difficilia.

Iapeti genus. Prometheus Iapeti filius, qui cum ope Minervæ Cælum conscendisset, affixa tæda rotis curvis sola-

Subductum, macies, & nova febrium
Terris incubuit cohors:

Semotique prius tarda necessitas
Lethi, corripuit gradum.

Expertus vacuum Dædalus æera,

Pennis non homini datis,

Perrupit Acheronta, Hercules labor.

Nil mortalibus arduum est:

Cælum ipsum petimus stultitiâ, neque

Per nostrum patimur scelus

Iracunda Jovem ponere fulmina.

ris, ignem furatus, cum homi-
nibus impertivit.

Subductum. Furto sublatum.
Nova. Antea inaudita, non-
dum visa.

Incubuit. Invasit, obsedit, at-
que oppressit.

Semoti. Tardiùs, & quasi ex
longinquo venientis.

Corripuit gradum. Accele-
ravit: citiùs homines, quàm
antea, mortem obiêre.

Expertus, &c. Subaudi, est.
Aulus est se committere aëri,
volare alis cerâ compactis.
Dædalus, faber, & architectus
ingeniosissimus, naves primus
fabricavit, iis addidit vela, na-
vi effugit è Labyrintho Cre-
tensi, &c. Unde nata est de il-

lius pennis, & volatu fabula.

Acheronta. Acheron est
Inferorum fluvius. Sensus est:
Hercules ad ipsos usque Infe-
ros penetravit, non sine labo-
re; ut inde Cerberum extra-
heret.

Petimus, &c. Cælum op-
pugnârunt olim Gigantes; &
Superos impii omnes lacef-
sunt peccando, ac provocant.

Stultitiâ. Propter nostram
amentiam: tanta est hominum
insania.

Per nostrum, &c. Impedi-
mus nostris sceleribus, quo-
minus iratus nobis Jupiter
deponat fulmina, in
nostrum caput
vibranda.

* * * * *

ODE

Dicolo ODE IV. Dithyrambica

Sestium hortatur, ut genio indulgeat, propositâ veris amœ-
nitate, & communi necessitate moriendi.

prim. v. v. v. Dactylicus Heptameter. 2. Jambicus
Dactylicus
ped. S. Solvitur, acris hyems gratâ vice veris, & Favonius
ped. = Trahuntque siccas machinâ carinas. (Nisi Catalectus
et s. s. Ac neque jam stabilis gaudet pecus, aut arator, constat p.
ba. Nec præta capis, albicant pruinis. (igni, et Jamb.
Ja Cytherea choros ducit Venus, imminere Lunâ. Carina de tam
Junctaque Nymphis gratia decentes. Curvâ spon.
Alterno terrâ quat. ut pede, diu graves Cyclopyum et s. s. Jan
et s. s. Jan

Solvitur. Mitescit, deponit
suum rigorē, & acerbiteratem.

Vice. Vicissitudine, reditu
stato, & solemni veris.

Favoni. Favonius, idem est
ac Zephirus; stat ab occasu.

Trahuntque. Naves per hye-
mem in portu quiescunt, vel
etiam in sicco littore sedent;
exacta hyeme, machinis, & fu-
nibus è littore in aquam tra-
hûntur, ut navigatio repetatur.
Carina, pars navis infima.

Gaudet, &c. Non ampliùs
pecora in stabulis continen-
tur, ut sit hyeme.

Albicant. Albescunt.

Cytherea. Venus: ita voca-
tur ab insula, quæ adjacet Pe-
loponneso, contra Cretam: ea
nunc Cerigo dicitur, olim Cy-
thera: ibi Venus colebatur.

Choros. Nymphas in orbem
saltantes ducit.

Dactylicus Hept. Dithyrambica, constat Nisi.
7 pedib. Ap. primis Dactylicus spon. us 3 vers. per Rem
sunt semper choros.

Imminente Lunâ. Incum-
bente ipsarum capiti, supra ca-
put lucente noctu.

Gratia. Charites Græcâ vo-
ce dicuntur: tres numerantur,
Aglâa, Euphrosyna, & Tha-
lia.

Alterno. Nunc hoc, nunc illo;
ut sit à saltantibus

Dum graves, &c. Dum
Vulcanus, qui fulmina Jovis
fabricatur cum Cyclopybus in
Ætneis fornacibus, eorum
officinas multo igne succedit,
ut propè urere illas velle vi-
deatur; graves vocat: id est,
laboriosas. Erant autem Cy-
clopes gigantes quidam, & Vul-
cani ministri: sic vocabantur,
quia unum oculum rotundum
gerebant in media fronte; à
duplici voce Græca, quarum
una circulum, sive orbem, al-
tera oculum significat.

Vulcanus ardens vrit officinas. (myrto,
Nunc decet aut viridi nitidum caput impedire
Aut flore, terra quem ferunt soluta. (lucis,
Nunc & in umbrosis Fauno uacet immolare
Seu poscat agnam, siue malit hadum.
Pallida mors aquo pulsat pede pauperum tabernas,
Regumque turres: ô beate Sesti,
Vita summa brevis spem nos vetat inchoare lögã.

Jam te premet nox, fabulaque Manes,
Nitidum Vnguentis, & arom-
matibus delibutum.

Impedire. Implicare, coro-
nare.

Soluta. Laxata ob verum
calorem: frigus terram con-
stringit: calor contra solvit,
atque aperit.

Fauno. Faunus fuit rustico-
rum Deus; idem forte ac Pan.

Agnam. Legunt nonnulli,
agna, & hado, subaudiendo, sie-
vi: seu poscat agnã, siue hado
sibi fieri, hoc est, sacrificari.

Equo, &c. Aequali: deicit, ac
deturbat aequè viles pauperum
domunculas, ac superbas tur-
ritasq; Regum aedes; vel aequè
audet ingredi in edes divitum
ac pauperum; qui enim aliquã
domum ineunt, solent, maxi-
mè si protervi, audacesq; sunt,
pedibus, & calcibus fores pul-
sare.

Sesti. Iste Sestius Brutum in
civili bello secutus fuerat: il-
lum ut Augustus demerere.

tur, Consulem sibi substituit;
ac paulò post Horatius hanc
ad ipsum oden viderit scrip-
sisse, anno Urbis conditæ 731.
Vnde in quibusdam libris le-
gitur hæc odæ inscriptio, Ad
Sestium Consulare. Consula-
ris autem est, qui Consul fuit:
idcirco beatus appellatur ab
Horatio.

Summa. Spatium, mora vi-
te: numerus brevis dierum, &
annorum, quibus vivimus,
prohibet nos ea suscipere, &
sperare, quæ nisi longo tem-
pore perfici non possunt, am-
pla, & vasta moliri consilia.

Jam te, &c. Brevis te mors,
quæ tota tenebrosa, & nocti si-
milis est, opprimet, ac Inferi,
qui meræ sunt fabulæ, vel de
quibus tam multæ fabulæ nar-
ratur. Manes autem sunt pro-
priè hominum animæ, quas
ad Inferos descendere puta-
bant; ibique vel detrudi in
Tartarum (erat is infimus ac
secretus.

Et domus exilis Plutonia: quò simul meâris,
Non regna vini sortiere talis.

teterrimus Inferorum locus)
cruciandas; vel in Elisium (qui
locus erat in iisdem Inferis
amœnissimus) beandas abdu-
ci; aliquis etiam inde ad Cœ-
lum transferri, Deorum in
numerum reponendas.

Exilis. Exigua, misera.

Quò simul, &c. Quã in do-
mum simul atque migrave-
ris. Poète post voculam, simul,
non semper addunt ac, vel ar-
que, sed omittunt sapius.

Non regna, &c. Non sorte,
& talorum jactu, eligèris in
convivio rex vini. Romani
aliquem in conviviis statu-
bant velut regem, & arbitrium
convivi, qui præciperet quo-
ties, & quantum quisque bi-
beret. Hunc autem regem
fortiebantur aleã misã.

Talis. Talorum jactu. Vide
lib. 2. od. 5. ubi de talis, &
alea fusiùs agitur in notis.

Dicolo ✓ ODE V. *Petropetolo*

Alios Agrippæ laudes, & prisorum herõrum celebraturos
ait; sibi argumenta tam gratia non convenire.

5. ped. Scribèris Variis fortis, & hostium *constant. 2. p. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.*

Scribèris, &c. Varius (erat
ille Poeta nobilis ea tempel-
te, Horatii, & Virgillii amicus)
te fortem scribet, hoc est, lau-
dabit res à te fortiter gestas.

Vario. Pro, scribèris à Va-
rio. Locutio est Græcorum
propria, qui dandi casum usur-
pant pro casu auferendi cum
prepositione, post verbum pas-
sivum.

Hostium. Sexti Pompeii;
erat ille Pompeii Magni fi-
lius, quem Octavius in fre-

Siculo vicit, ann. V. C. 718. ope
maximè, & consiliis Agrippæ,
qui præfectus universæ classi
tunc erat, ac rostrata post vi-
ctoriam coronã donatus est.
Vide Indicem 2. Odarum, ubi
hæc fusiè describuntur. Vel
Antonii, quem quinto post vi-
ctum Sexti. Pompejum anno
debellavit, ad Actium, Epi-
ri promontorium, eodem
Agrippã præsertim adjuvan-

ve. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

Victor, Maonii carminis alii.

Quam rem cumque ferox navibus, aut equis

3. ped = Miles, te duce, gesserit. *Pluvinus*

1. *Spand.* Nos, Agrippa, neque hat^o dicere, nec gravem

2. *Bach.* Pelida stomachum cedere nescis

Nec cursu duplicis per mare Ulyssis,

Nec sevam Pelopis domum

Mamii ca minis Maonium carmen est carmen grande, & heroicum, quali usus est Homerus, qui Meonius dictus est, vel a patre Meone, vel a patria, quæ est regio Asia minoris, eadem ac Lydia

Aliti. Qui Varius est ales, id est, cygnus Homericæ carminis; seu, qui instar cygni est inter poetas heroicos, quorum princeps Homerus. Poetæ eximii cum cygnis vulgò comparantur. Passeratus legendum putat, *aliti*, nempe Vario aliti: quum lectionem probat, ac rictur Lambinus. Si legas, ut vulgò, *alite*, subaudies præpositione *ab* Quiddam, *alite*, explicant, pennâ, calamo, stylo Homericæ alii, fuit omine, eodem auspicio, quo sua carmina Homerus scripsit.

Quam rem cumque. Quamcumque rem. Ista vox quicumque, solet à poetis dividi. Vocatur hæc figura, Tmesis.

Agrippa. Fuit amicus Au-

gusti, & eius gener; vir bello strenuus, & ob modestiam Augusto percharus.

Pelida. Achilles, qui Pelei, & Thetidis filius fuit.

Stomachum. Iras. Achilles, iratus Agamemnoni Græcorum Regi, pugnare cum Trojanis multos annos detrectavit, neque ullis precibus à sententia dimoveri potuit: unde hic dicitur, *cedere nescius*. Eâ res multas clades Græcis attulit, & bellum usque in decennia extraxit. Demum ubi Achilles vidit suum amicum Patroclum ab Hectore interfectum, ad bellum se retulit, quod, cæso Hectore, confecit.

Cursus. Navigationem, errores.

Duplicis. Callidi, subdoli, aliud dicentis, aliud sentientis.

Ulyssis. A nominativo Ulyssis, seu, qui derivatus est ab Græca voce tertie declinationis contractor. *Ulyssis*, est hic trissyllabum talias dissyllabum est.

Sevam. Cædibus, & partibus

diis

Conamur, tenues grandia: dum pudor,

Imbellisque lyra. Musa potens verac

Laudes egregii Casaris, & tuas,

Culpâ deterere ingentem

Quis Martem tunica rectum adamantinâ

Degnè scripserit: aut pulvere Troico

Nigrum Merionem: aut ope Palladis

Tydiden Superis parem?

diis infamem. Tantalus, Phrygiæ Rex, filium Pelopem interfecit: Atreus, filius Pelopis, Thyestis sui fratris filios interemit: Ægyptus Thyestis filius Atreum, deinde Agamemnonem Atrei filium neci dedit: Orestes Agamemnonis filius matrem Clytemnestram peremit. Porro ista tragica facinora, erant vulgò tragicæ dramæ à Romanis poetis, & fortè à Vario ipso, scriptarum argumenta: quibus tractandis impari se fateatur Horatius, ut Epico carmini. Nec temerè suspicari possis per Pelopem, Atreum, Thyestem, adumbrari Brutum, Cassium, Sex. Pompejum, &c. sicut per Martem, de quo infra meminuit, Octavianum; per Merionem, ipsum Agrippam.

Conamur, &c. Non conamur hæc dicere, quæ sunt à te præclarè gesta, ut neque alia

grandia carminum argumenta; cum adeo tenues poetæ sumus.

Pudor. Verecundia, & moderatæ conscientia.

Potens. Musa domina, & moderatrix meæ imbellis lyra.

Deterere. Corruptere, & obscurare.

Culpâ. Propter imbecillitatem, & imperitiam meam.

Adamantinâ. Durâ, solidâ, impenetrabili, instar adamantis.

Merionem. Meriones fuit Idomeniæ Cretensium Regis socius, dux fortissimus; & in bello Trojano clarissimus.

Tydiden. Diomedem, Tydei filium, qui Martem ipsam in eodem bello vulnerasse, ab Homero scribitur, & Ve-

nerem, Palladis ope in primis fretus.

Bz

ODE

Dicolar O D E VI. *Distopha*

Tiburinum agrum commendat, ubi villam habebat Plancus amœnissimam; in quam cum secessisset micrens ab Augusto se negligi, eum Horatius consolatur.

6. ped. = *L* Audabunt alii claram Rhodō, aut Mythylenam, *Examej*

4. ped. = *L* Aut Ephesum, bimariæve Corinthi, *Examej*

1. pond. Mania, vel Baccho Thebas, vel Apolline Delphos, *Dactyl*

Dactyl Insignes, aut Thessalia, Tempe, *Dactyl*

et 1. pond. Sunt quibus unū opus est, intacta Palladis urbem *Helma*

Carmine perpetuo celebrare, &

Undique decerpam fronti præponere olivam.

Rhodon. Rhodus est insula, & civitas maris Mediterranei, vicina Cypro, è regione Ciliciz.

Mitylenen. Urbs est primaria insula Lesbii, in mari Ægeo.

Ephesum. Urbs est minoris Asia, Dianæ templo celebris.

Corinthi. Corinthus est urbs Achaia in Græcia, posita ferè in medio Isthmi Peloponnesiaci, hinc Ionium, inde Ægæum mare prospiciens; unde bimariis appellatur, quasi utrimque mari cincta.

Thebas. Thebae, urbs Bœotiz in Græcia (alii enim est ejusdem nominis in Ægypto) Bacchi patria.

Delphos. Delphi, urbs Phocidis prope Parnassum: in ea celeberrimum Apollinis templum fuit.

Tempe. Neutro genere, &

Dactyl *Helmanus* *Distopha* un-
constat. 1. pond. Ductus Dactylis et 1. pond. et 1. pond. Dactylis. et 1. pond.

plurali numero hæc vox dicitur: locum in Thessalia significat, vallibus, sylvis, & hortis amœnissimis inclutum.

Urbem. Athenas, cujus urbis præfes Pallas.

Perpetuo. Vel, in omni, quodcumque tandem scribant, carmine; vel in carmine aliquo uno, continuo, & non interrupto, ita ut aliud nihil præter Athanas laudent.

Undique, &c. Coronare semper frontem olivâ. Poetæ coronare vulgò solebant caput hederâ, interdum myrto, &c. illi laudatores Athenarum, olivâ. Sensus est: qui in omni carmine aucupantur locum, & occasionem laudandi Athenas. Minerva olivam primum invenit, ac suum, urbisque Atheniensis insigne esse voluit.

Legunt aliqui huc versum ita;

Plurimus, in Junonis honorem;

Aptum dicit equis Argos, diteisque Mycenæ.

Me nec tam patiens Lacedæmon,

Nec tam Larisse percussit campus opime,

Quam domus Albunea resonantis,

Et præcepit Anio, & Tiburni lucus, & vda

Mobilibus pomaria rivis.

Albus ut obsæuro detergit nubila Cælo

Sæpe Notus, neque parturit imbres

Undique decerpta frondi præponere olivam, & undique, explicant undecumque præponunt olivam omnibus frondibus, undecumque, id est, ex qualibet arbore sumptis; olivam aliis omnibus arboribus præferunt.

Plurimus, &c. Multi Poetæ. *Argos.* Neutrius generis est in singulari; masculini verò in plurali. Urbs clarissima Peloponnesi, Hippium Argos dictum, ad aliarum ejusdem nuncupationis urbium discrimen, quò agrum haberet equis pascendis idoneum: ibi Juno maxime colebatur.

Mycenæ. Mycenæ urbs est Peloponnesi, prope Argos; ubi regnavit Agamemnon.

Lacedæmon. Civitas in Peloponneso amplissima, alio nomine Sparta nuncupata, ubi regnavit Menelaus, Lycurgus floruit, & cives severissimis legibus instituit, ad omnem

laborum in civili pariter ac militari vita patientiam.

Larissa. Civitatis in Thessalia; unde Achilles oriundus.

Percussit. Movit, affecit; non tam mihi placuit.

Albunea. Nomen est fontis, & sylve in Italia prope fluvium Anienem; domus igitur Albuneæ, vel est sedes ipsa fontis, & locus unde manat, vel, villa ad fontem extracta.

Anio. Flumen Italiae, in agro Tiburtino, qui præcepit ex edito loco defluit in subiectam valem.

Tiburni. Viri nomen est qui Tibur civitatem Italie condidit, in amœnissimo loco ubi luci, & pomaria rivis, errantibus rigata. Porro lucus Tiburini, est lucus ab ipso Tiburno constitus, vel in Tiburni herois memoriam de more consecratus.

Albus. Cælum serenum, & candidum efficiens.

Perpetuos : sit tu sapiens finire memento

Tristitiam ; utraque labores

Molli , Plance , mero ; seu te fulgentia signis

Castra tenent , seu densa tenebit

Tiuris umbra tui. Teucer Salamina, patremq;

Cum fugeret : tam uida Lyao

Tempora populea fertur winxisse coronâ,

Sic tristes affatus amicos:

Quo nos cumque feret melior fortuna parente,

Plance Plancus iste ab Antiochio, quem secutus fuerat, rediit ad Augustum, circa an. V. C. 722. a quo cum negligenter, & a rebus gerendis amoveretur; eum Horatius in Tiburtina sua villa degentem consolatur. Extant Planci literæ ad Ciceronem plurimæ.

Signis, &c. Vexillis militariibus. Sive Militiâ; sive domitina eris.

Teucer. Telamonis filius, Ajacis frater, qui cum Trojâ captâ, rediret in patriam Salamina, indignatus Telamon, quod Teucer Ajacis fratris sui, qui inimicorum injuriis exagitatus, & in furorem versus sibi violentas manus attulerat, necem non ultus esset, eum Salamine expulit; unde in Cypram navigans ibi confedit, urbemque condidit, quâ Salamina etiam appellavit.

Salamina. Salamin, sive

Salamina, est insula, & urbs maris Ægæi, è regione Atticæ, Telamonis regia.

Lyao. Bacchus dicitur esse Lyco, quia solvit curas; a verbo Græco, quod solvere significat.

Tempora. Caput.

Populea. E frondibus populi arboris econtexta; que arbor cum Herculi sacra esset, à viris fortibus, aut ab iis qui rem periculosam susciperent, adhiberi solebat, quasi ad invocandum Herculem. Is, devicto Cerbero, ab Inferis populum arborem ex Acheronte secum detulisse primus fertur, eaque se coronasse: unde illius exemplo victores populeâ fronde coronati fuerunt.

Melior. Mihi amior, & æquior, quâ ipse pater, à quo pellimur patriâ: à fortuna enim ductus est in Cyprum; ubi regnum tenuit diu, ac suis posteris reliquit.

Aut.

Ibimus, o socii, comitesque;

Nil de sperandum Teucro duce, & auspice Teucro.

Certus enim promisit Apollo,

Ambiguam tellure nova Salamina futuram,

O fortes, pejoraque passi

Mecum saepe viri, nunc pellite curas:

Cras ingens iterabimus aquor.

Auspice. Auspex ille dicebatur a Romanis, qui lumebat auspiciâ; vel, cujus ductu, nomine, auspiciis, aliquid gerebatur: erant autem auspiciâ signa quædam Deorum voluntatis, & favoris, ut quidem putabant Ethnici, & prælagia futurorum sumpta ex avium cantu, volatu, paitu; quasi avispicia, seu avium inspectiones.

Certus. Verax, qui certa, & eventura promittit.

Ambiguam, &c. Condendâ à nobis in regione nova (nempe in insula Cypro) Salaminam urbem, quæ ambigua erit: id est, quæ, quia nomen idem habebit atque illa, ubi pater meus regnat, dubios homines faciet, cum de Salamina urbe sermo erit, utra sit ambigenda, an hæc, quæ est in insula Salamina, an quæ in Cypro.

pe in insula Cypro) Salaminam urbem, quæ ambigua erit: id est, quæ, quia nomen idem habebit atque illa, ubi pater meus regnat, dubios homines faciet, cum de Salamina urbe sermo erit, utra sit ambigenda, an hæc, quæ est in insula Salamina, an quæ in Cypro.

Tellure. In Cypro.
Pejora. Graviora pericula.
Iterabimus, &c. Iterum nos æquiori commitemus, navigationem repetemus.

Dicobor ODE VII. *Distrophos*

Incepit Lydiam, quod Sybarin juvenem ab omnibus honestis, quæ illam decerent, occupationibus revoce-

2. ped. *Idia* diu, per omnes *Dimeza* *Distrophos*
4. ped. *Te* Deos oro, Sybarin cur properes amando: *Te* *Alcaicus*
Perdere: cur, apricum.

Oderit campum, patiens pulveris, atque Solis;
Apricum, &c. Soli expositum. Significatur capus Martius: erat ingens quædam platiæ Marti sacra; sub mœnibus Romæ, ubi juvenus Romana se exercebat.

Distrophos *Alcaicus* *ex Chosman* *et Bachio*
Alcaicus *ex Epitima* *2-Chosman* *et Bachio*